



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Aliar[um] adhuc rationu[m], q[ua]s aduersæ p[ar]tis defensatores
adducu[n]t, dissolutio, corroborat[i]o, op[er]a Dionysio attributa, e[ss]e
Dionysii Areopa. IX

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

Iosuae 10.

4. Regū 20.

ptores, solē tēpore Iosue diūtius in suo cōstitisse gradu citra occasum, aut retrogressum esse solē decē lineis à sua statione, atq; diem longe productiorē solito reddidisse, tēpore Ezechiae regis Iudam: quid idcirco hæsitabimus in firma utriusq; harū narrationū ueritate, aut eā abnegabimus? Demum q; epistolā super eclipsi portēto sa solis ueluti Dionysii nomine confictā, irrideat Laurentius nos magnopere non mouet. Si em̄ de epistola loquatur, quae ab Athenis dicat esse missa à Dionysio, tēpore deliqui solaris illic cōsistēte, ad aliquē amicorū defectiois illius explicatoria: admittim⁹ eā esse cōmētitā. Si uero uerba faciat Laurentius de epistola longo post tēpore super ea re conscripta: abnegamus esse fictitiā illā, & sub nomine Dionysii confictā, cū geminā ipse Dionysius cōscripserit epistolā: deliquitū illud solare cōmemorantē. Vñ quidē ad Polycarpū: ordine septimā, & alterā ad Apollopheanē: ordine undecimā, ut iā saepius ante dictū est.

¶ Aliarū adhuc rationum, quas aduersae partis defensores adducunt: dissolutio.

Cap. IX.



I.

Fferunt & aduersarij, qui opera, Dionysii nomine annotata existimant non esse cōscripta à Dionysio Areopagita: etiā alias ad suā sententiā corroborandā rationes quas & hic referre & diluere: uideat expediens. ¶ Erasmus quidem in suis annotationibus ante citatis circa decimū septimū caput actū apostolorū: perhibet sibi non uideri, priscis illis tēporibus tantū fuisse caerimoniā, quā tū illoꝝ opē, aut hor describit, in libro scilicet de ecclesiastica hierarchia, & his uerbis subinsinuat, authorē illū suo iudicio nō fuisse Dionysiu Areopagitā: sed alterū, quē uis tēpore posteriorē. Quod etiam subinsinuat in praefatione, paraphrasi suē in epistolas beati Pauli ad Corinthios praefixa his uerbis. Dionysius (inquit) qui in hierarchia secunda priscos ecclesiae ritus satis copiose describit: eruditus recentior quispiam fuisse uidetur: q̄ fuerit Areopagites ille, Pauli discipulus. Hæc ibi. ¶ Sed illi satisfaciendum est: potius oppositum debere ipsi uideri, quando quidē ab apostolis qui erant bases & columnae ecclesiae statim post acceptas exuberanti infusione spiritus sancti primitias, instituta fuit & ordinata in suis gradibus & officijs ecclesiae caerimoniāq; & ritus sacri ab iisdem definiti, quibus

quibus ecclesiastica administrarentur sacramenta & ministrorum sacroꝝ fieret consecratio: anteq̃ dispergeretur in uniuersum orbē, aut per martyriū de mundo tollerentur. Spiritus enim sanctus ecclesiæ director & magister optimus, eis suggestit, ea ipsa cærimoniaꝝ genera quibus in sacramentorum distributione & consecratione pontificū, sacerdotū, ac ministrorū ecclesiæ utendū foret: per ipsos potius apostolos constituenda esse, qui relictī erant à Christo fundatores ecclesiæ: q̃ illoꝝ primā constitutionē successoribus relinquentiā. Opera autē ipsa, de quibus agitur controuersia: tēpore apostolorū erant cōposita, ut multifariā supra est ostēsū, & iā cōstitutis plerisq̃ ecclesiæ cærimonijs: quæ ex ritu apostolico in primitiua ecclesia obseruabantur. Sed age, nonne beatus Paulus in epistola ad Timotheū: episcopos nominat & diaconos: q̃ ad Titū scribit. Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ desunt corrigas, & constituas p̃ ciuitates presbyteros: sicut & ego disposui tibi. Rursum in principio epistolæ ad Philippē. episcopos nominatim exprimit & diaconos. Et in actis apostolorū cū Mileti agēs, hortaret maiores natu ecclesiæ ab Epheso à se accitos, ut cū sedulitate ac diligētia pasceret gregē dominicū: episcopos etiā nominauit. Rursum Eusebius in historia ecclesiastica, libri tertij capit. 18 de beato Ioanne euāgelista loquēs, ait. Cū post tyranni obitū de Pathmos in insula Ephesum rediret: rogabat etiā uicinas illustrare prouincias, quo uel ecclesias fundaret in quibus nō erant locis: & in quib⁹ erāt, sacerdotibus ac ministris instrueret, secundū q̃ ei de unoquoq̃ spiritus sanctus indicasset. Hęc ille. Ex quibus omnibus liquido cōstat: circa principiū legis euāgelicæ ab ap̃līs cōstitutos esse ep̃os, presbyteros, diaconos, & reliquos ecclesiæ ministros. At manifestū est: eos nequaquā tūc fuisse ordinatos sine certis cærimonijs & sacro ritu. Si em̃ in ueteri lege circa summi sacerdotis ac minorū sacerdotū consecrationē, certi erant dinināq̃ institutione determinati ritus obseruandi: nōne ualentiore iure & circa pontificū noui testamenti sacerdotūq̃ & diaconorū ordinationē, certæ erant etiā diligentiore cura obseruandæ cærimoniæ? Nec minus circa sacramentorū, ut baptismi, confirmatiōis: & sanctæ eucharistiæ administrationē: quorū usus (sicut & aliorū) statim ab ipso ecclesiæ nascentis exordio fuit inductus. Erant igit̃ & tpe ap̃lorū constituti ritus sacri: quibus

1. Timo. 3.
Titum 1.

Philippen. 1.
Actū 20.

Eusebius.

Exodi 29.
Leuiti 8.

LIBER PRIMVS

hæc oia rite peragerent. Et illos autoritate aplica iã decretos atq; in usum ecclesiæ assumptos: ipse Dionysius Areopagites (qui circa ea tpa floruit) explicuit singulatim in suo de ecclesiastica hierarchia libro: certoq; ordine digessit. ¶ Deinceps in eodẽ annotationũ loco **ii.** subiūgit Erasmi: mixtũ id esse, si tã priscus author fuit & tã multa scripsit, qui Dionysiano nomini ascripta opera cõposuit: illũ à nemine uetere seu Græcorũ seu Latinorũ fuisse citatũ. nõ ab Origine nec Hieronymo: qui nihil intentatũ reliquit. Et ita in eã inclinãt partẽ Erasmi: ut uideat ei author illoꝝ opeꝝ nõ fuisse Dionysius Areopagita. ¶ Cui occurrẽdũ est, certe plerorũq; Græcorũ citasse beatũ Dionysiu Areopagitã: ut illoꝝ opeꝝ, de quibus uentilat questio, conscriptorẽ. & in primis Ioannẽ Damascenũ, nõ parua apud Græcos autoritatis: & alios supra nominatos. Quinimo & apud Græcos, ipse Dionysius ob eximiã doctrinã excellentiã in libris illis reconditã: Magnus cognominat⁹ est, & apud Latinos itidẽ maximo in precio habitus: partẽ libri eius horũ aurib⁹ insonuerunt. De Origine autẽ & Hieronymo, recte id dicere possumus, eos Dionysiu Areopagitã inter ceteros scriptores ecclesiasticos nec citasse nec nominasse: quoniam ad ipsorũ manus, libri illi Dionysiani non peruenerant. quẽadmodũ etiã fatef Hieronymus multos à se prætermisissos authores alios per celebres, q̄ eorũ libri non erant ei in manib⁹, nec ad ipsum delati fuerant. At uero infirma est hæc collectio. Dionysii Areopagitæ libri nõ peruenerunt ad man⁹ Originis & Hieronymi, illiusq; non meminerunt inter scriptores ecclesiasticos: ergo Dionysius Areopagita nihil scripsit, nec author est eorũ qui nomini eius ascribunt operũ. ¶ Subnectit & eodẽ in loco Erasmi⁹. Gregorius uir probæ fidei, citans huius literas: nõ iudicat eũ fuisse Dionysiu Areopagitã. Et Hieronym⁹ in catalogo scriptorũ illustriũ, unũ aut alterũ Dionysiu recenset: huius libros non recenset. ¶ Sed ad hæc paucis respondendũ, q̄ sicut Gregorius non indicat libros illos esse Dionysiu Areopagitæ: ita nec astruit eos non esse ipsius Dionysii. & ex illo Gregorij loco non magis corroborari põt Laurẽtiana pars & Erasimica: q̄ opposita. Omitto q̄ cuiuspiã scriptoris autoritas solã negationẽ ionans, et inficiatorie adducta: profusinefficax est ad quippiã roborandũ. Quare ex eo q̄ Gregorius nõ indicat libros illos esse Dionysiu Areopagitæ: nequaquã recte colligas, idcirco

Origenes.
Hieronym⁹.

Gregorius.

Gregorius.

Idcirco huiusmodi libros nō esse ab Areopagita cōpositos. De Hieronymo iā dictū ē, ipm nō recensuisse libros Areopagitæ: qm̄ ad man^o eius, aut propter locorū distantia aut aliud quo d̄ intercessit obstaculū, nō puenerūt illi libri. Quod si dicāt ea opa nō esse Dionysii Areopagitæ, qm̄ ea nō recenseat Hieronym^o, neq; illi ut auctori ipsa ascribat: æqua omnino ratioe, neq; unius erunt Dionysii neq; alterius quē inserit Hieronym^o catalogo uiroz illustrium. qm̄ neutri eoz ut auctori eos libros (quos Dionysio Areopagitæ tribuim^o) ascribit Hieronymus, neq; illoz scripta recensens: nominat eosdē libros tāq; ab alterutro eoz cōpositos. Cui^o ergo Dionysii tandem erunt illa opa: si neq; ab Areopagita (ut uolunt) neq; ab alterutro duoz Dionysioz à Hieronymo citatoz, sunt conscriptæ? Quærēd^o certe erit aliq; ali^o ab illis Dionysii: q; quartū obtineat inter Dionysios locū, & dicat eoz opoz de qbus est cōcertatio, cōscriptor. Sed ubi is tandē inueniet? Porro Hieronymus in libro suo iā citato de uiris illustrib^o, duoz duntaxat Dionysioz meminit, ut mō dictū est. Quorū prior est Dionysius Corinthiorū ep̄s: de quo supra, cap. 7. habitus est sermo diffusior. explicatūq; tēpus quo in ecclia dei floruit: per imperatores Romanos & summū pontificē tū gubernacula rerū tenentes, designatū. Ex quo sane loco dilucidū est, eundē nō potuisse eorū quæ Dionysio attribuunt operū esse auctore: q; ea ipsa, ap̄lorū tpe haud dubie dinoscant fuisse cōscripta. Posterior uero à beato Hieronymo in p̄dicto eius libro cōmemorat^o Dionysius, est Dionysius Alexandrin^o ep̄s: clar^o supra modū habitus sub Valeriano & Galieno impatorib^o Romanis, summis aut pontificibus subinde sedē apostolicā tū moderantibus, Cornelio, Sixto, & Dionysio, circa annū ab aduētū dñi in mūdū, ducentisimū & sexagesimū. ut phibet Eusebius Cæsariēsis in suo chronico, q; & circa finē sexti libri & plarib^o in locis septimi, suæ eccliaſticę historię: mltā admodū digna p̄conta de eodē refert. Atq; non sinit ipsa t̄pis rō, hanc in quēpiā cadere existimationē: q; fuerit hic Dionysius Alexandrinus, eorū operū Dionysianorū de quibus agit cōtrouersia, cōscriptor. ut quæ apostolicis tēporib^o & circa nouæ legis exordiū cōposita fuisse: manifestis dephendant indicijs. Et multo min^o, Dionysii ipse summ^o pōtifex (q; circa eadem t̄pa quibus ipse Dionysius Alexandrinus, floruit) dici posset prædicto.

Dionysii Corinthius.

Dionysii Alexandrinus.

Dionysius summus pontifex.

LIBER PRIMVS

dictorum author operū. tū ob ipsam tēporis diaphoniā atq; discre-
 pantia. tū etiam q; hic Dionysius apostolicæ sedis moderator, nul-
 la traditur literaria monumenta posteritati reliquisse: neq; à **Hie-**
III ronimo inter scriptores ecclesiasticos reponitur. ¶ Postremū su-
 biicit in eadē annotatione Erasmus: Laurentiū **V**allā perhibere, q;
 fuerint suæ ætatis doctissimi uiri: qui iudicarint eos libros **Areopa-**
gitæ ascriptos, esse **Apollinarij**. Tametsi eius nominis (inquit) du-
 os cōmemorat **Hieronimus**, alterū **Hieropolitanū** episcopū: qui
 floruerit sub **Marco Antonino** secundo, alterū **Laodicenum**: in
Syria episcopū. Neutri tamē, huiusmodi quicq; tribuit operū. Ne-
 que enim opinor: hæc **Apollinari** heretico tribuenda. Hæc **Eras-**
mus. ¶ Sed hisce uerbis gladiū ipse nobis ministrat in nos ante di-
 strictū: quo **Vallā** confodiamus. Nepe prius contendit **Erasmus**
 ea opera quæ **Dionysii** nomine inscribuntur, nō esse **Areopagitæ**
 attribuēda: quoniā **Hieronimus** illa nō ascribit **Areopagitæ**, ne-
 que illius meminit ut eorū operū authoris. Cōsimili igitur ratione
 cōtendemus eadē opera nō esse **Apollinaris**, cōtra **Laurētij** sentē-
 tiā: quoniā **Hieronimus** unū & alterū recensens **Apollinariū** in
 catalogo uirorū illustriū, neutri eorum attribuit ea opera de qui-
 bus uersatur sermo. Sed neq; **Eusebius Cæsariensis** alicui **Apolli-**
nari eadē ascribit opera: qui tamē exactus fuit scriptorū illius tēpo-
 ris annotator. Id unū tamen lubens **Erasmio** tribuerim: ea opera q;
Areopagitæ ascribuntur, non esse **Apollinari** heretico tribuen-
 da, propter sanam ac rectam doctrinam, orthodoxæq; fidei maxi-
 me consentaneam: quæ in illis operibus sublimiter & syncere cō-
 tinetur. Non enim solet ex putido uase dulcis aqua profluere: ne-
 que graue olens sentina suaue profundere poculū. ¶ Quæ nā au-
 tem fuerint huius **Apollinaris** hæresis archæ (à quo sectatores ei:
Apollinaristæ dicti sunt) impia dogmata: undecimus liber ecclesi-
 asticæ historiæ, capite uicesimo diffusius explicat. adiciēs, & eorū
 damnationem: à **Damaso** tum summo pōtifice, cum magna sedu-
 litate protinus fuisse factam. Cæterum duorum illorū **Apollinari-**
um: à beato **Hieronimo** in libro uirorum illustriū repositorū: pri-
 or fuit **Apollinaris Asianus**, apud **Hierapolim** episcopus, qui flo-
 ruit sub **Marco Antonino** secundo, imperatore **Romano**, & **Bo-**
 tere summo pontifice: circa annum ab incarnatione domini cen-
 tesimum

Apollinaris
hereticus

Apollinaris
Hieropolita-
nus.

tesimū & septuagesimū quartū. Vnde manifeste dinoscitur hic **Apollinaris**, ipsi **Dionysio Corinthiorum** episcopo fuisse cōtemporaneus: & iisdem argumentis quæ de **Dionysio Corinthio** adducta sunt, cōuincitur nō fuisse author eorū opē: de quibus præfens agitur discussio. De eodem autem latius narrationem texit historia ecclesiastica: libri quarti cap. uicesimo quarto & uicesimo quinto. Posterior uero **Apollinaris**, à **Hieronimo** in supra dicto eius opere cōmemoratus: est **Apollinaris Laodicēsis**, **Syriæ** episcopus sub **Gratiano** imperatore & **Damaso** summo pontifice habitus illustris: circa annū à redēptione mundi trecentesimū & octogesimū. Quæ uel sola temporis supputatio, ex chronico **Eusebii** desumpta: claro est argumento, **Apollinarē** hūc **Laodicenū** nequā conscripsisse opa illa præclara, quæ **Dionysiano** nomini attribuantur: quæ ipsa (ut multifariā ante est ostensum & crebrius dictū) circa ea tempora quibus adhuc sancti apostoli uersabantur in terra: fuerint cōposita. Huic accedit, quod **Apollinaris** iste **Laodicenus** episcopus (si **Eusebio** in chronico & in historia ecclesiastica credimus) suscitator fuit infandæ hæreseos: de qua paulo ante factus est sermo, quāuis id ipsum **Hieronimus** non cōmemoret. Nempe & tēpus & locus eius ab **Eusebio** signatus: prodit eundē ipsum esse, de quo **Hieronimus** secūdo ordine loquitur. Est itaq; nūc **Larentius** **Valla**, & à doctissimis suæ ætatis uiris sciscitetur accuratius: quisnam fuerit ille **Apollinaris**, quē iudicauerint esse eorū author operum quæ **Dionysio Areopagita** ascribunt. Credo equidem ipsos: in illo inueniendo multū sudaturos fuisse. quādoquidē clarissimi uiri eruditiōe q; singulari præstātissimi, **Eusebius** & **Hieronimus**, ubi recensent **Apollinares**, ob doctrinæ splendorē ante sua tpa celebratos: nullius meminerūt **Apollinaris**, cui **Dionysiana** illa opera uere possint ascribi. Sed de his hætenus.

Apollinaris
laodicenus.

¶ A patribus ecclesiæ moderatoribus recte cōstitui posse leges obligatorias: quæ trāsgressio inducat mortalis culpæ labē, æternæq; dānatiōis reatū. Cap. X.



Taliquāta digressiōe expaciati parūper ab instituto, ut p̄ beato patre **Dionysio Areopagita** apologeti cōdisceptatoriū quinq; proximis capitibus cōprehensū cōscriberem: nunc rursus ad iter inceptū
f pedem